Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift



suscepisse arbitraretur. Qui recipit prophetam in nomine
prophete, mercedem prophete accipiet. ET REL. Qui recipit pro-
phetam ut prophetam, et intellegit eum dum futuris loquentem,
hic mercedem prophete accipiet. Igitur iudei carnaliter
intellegentes prophetas, mercedem non accipient prophetarum.
Aliter. In omni professione Ihesu mixtum est tritico.
Premiserat. qui recipit uos me recipit, et qui me recipit
recipit eum qui me misit, ad susceptionem magistrorum
displicos prouocauerat. Poterat occulta esse credentium
responsio. Ergo et pseudo prophetas et iudam proditorem debe-
mus accipere, et illis alimoniam ministrare. Hoc dominus
ante procurans non personas suscipiendas esse sed nomina, et
mercedem non perdere suscipientes, licet indignus fuerit qui
susceptus sit. Et quicumque potum dederit uni ex minimis
istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli,
amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Legimus in propheta
dauid ad excusandas excusationes in peccatis quod
multi peccatores suos quasi iustas pretendant occasio-
nes, et quod uoluntate delinquunt, uideantur necessita-
te peccare. Dominus scrutator cordis et renum futuras in
singulis cogitationes contuetur. Dixerat. qui recipit uos
me recipit, sed hoc preceptum multi pseudo prophete et falsi
predicatores poterant impedire, medicatus est huic
scandalo dicens. Qui recipit iustum in nomine iusti,
mercedem iusti accipiet. Rursus poterat alius causari

Vigilate quia nescitis qua ora